

Quietatio Wunczkonis respectu satisfacti
onis pro palatino Moldaviae Vladislao regi data.

40

Ego Wunczko de Kuthna notum facio te
nove presentium, quibus expedit universis.

Qualiter serenissimus princeps et dominus do
minus Vladislavus Dei gratia rex Poloniae

§: dominus meus gratiosissimus centum mar
cas numeri et monete Polonicae pro
magnifico domino Ilia Woyewoda terre

Moldaviae §: in quibus mihi idem domi
nus Ilia Woyewoda pro damnis, equis,
et servitiis meis remanserat obligatus,

mihi intercesserat. Sed quia idem doming
rex dominus meus gratiosissimus, de solu
tione dictarum centum marcarum me

contentando, mihi eadem in et super oppi
do Dobrka assignavit et inscripsit.

Recognosco igitur et publice profiteor
quod tam per dominum Heliam Woi
wodam quam per dominum regem

/ predictos / est mihi satisfactum pro om
nibus predictis plenè usque ad assenten
dum, nec ratione premissorum in aliquo

extant mihi obligati, quibus coram univer-
sis de bona solutione gratias ago immen-
sas: harum serie literarum, quibus sigillum
meum proprium presentibus est subappen-
sum. Datum Racoviae die Sabbatho in
vigilia sanctae Catharinae virginis, annorum
Domini millesimo quadringentesimo tricesi-
mo sexto.

Ja kopia uypisana z oryginatu pergaminu
w ego 1705 roku. D 15. Maia od Kłosego
oderwana iest pieczęć.